

Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses Viator

Millieu, Antoine Lugduni, 1636

Libri Decimitertii Argumentum, & Synopsis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69066

444



DECIMITERTII Argumentum, & Synopsis.

HEASTE BSOLVTVM tabernaculum sub anni primi finem recenset Moses ad amussim respondens exemplari demonstrato in monte. Collaudatis artificibus, illud erigitur Dei iussu ineunte secundo anno ab exitu, prima die mensis primi; qua die dedicationis initium fit, ac fimul Aaron in Pontificem Summum, quatuor eius filij in Sacerdotes incipiunt consecrari. Tabernaculi Encænia, & ministrorum consecratio solenni posteris ritu, ex Dei edicto septem totos tenuit dies. Octaua die iussus Aaron cum filiis primum sacrificat; cœlestis ignis prodigio diuinitus in altare immissi, quemadmodum promiserat Moses, primitiæ honorantur à Deo: cui litatum prorfus, & ratum coelo Pontificis, Sacerdotúmque delectum, populus omnis perspicui miraculi affertione cognoscit. Tam faustam populo diem, tam magnificam Pontifici tot, tantisque familiæ prærogatiuis, im amprouisa duorum Sacerdotum Nadabi & Abij sideratro funestauit in tabernaculi vestibulo; quòd igni cœlesti minus attente parcentes, qui nouus in Altari ardebat, ad sacrificia deinceps æternum alendus veterem, & profanum è coquina ignem, ad incendendum thymiama temerè vsurpassent. Efferuntur è templo & castris eorum cadauera, magno omnium luctu, præter Aaronem, & superstites duos fratres consecratos; quos seuera denunciatione territans iubet Deus ficcis oculis, & eodem in vestigio spectare tam cara funera sine gemitu. Tam leui, scilicet, in culpâ, vel errore potius iuuenum Sacerdotum, & rudium adhuc in ipsis commissa primitiis

Libri XIII. Synopsis. 445

fuos Deo cultus fancire visum, tanto seueritatis exemplo: vt illis initiis ostenderet, nihil quamuis exiguum, in tantæ maiestatis honoribus, & religione negligendum; & ab ipso suo Sanctuario, vt precipit Ezech. 9.6. velle exordium sieri vindictæ, vt aliis exemplo vtrinque præluceant Sacerdotes, religione, videlicet, attentå, & neglectæ vindictå. Cætera, quæ ad tabernaculi fabricam, ad Pontiscias, & Sacerdotum sacras vestes à Mose multis Exodi & Leuitici capitibus, aut alibi tradita, hoc libro explicantur, & siniuntur cum Exodo & Leuitici capitibus 8. 9. & 10. quæ huc pertinent.

fes; ponendum in mediis castris vt Augustale Dei, & præ-

sidium populo, præcipuâ religionis curâ.

2 Laudantur Artifices publicè: benéque illis precatur à Deo Moses.

3 Instante noua Luna mensis Nizan paratur area tabernaculo in atrij septum, patens ab ortu in occasium centum cubitos, latum à meridie in septentrionem quinquaginta, bases & columnæ inferuntur sexaginta, quarum viginti vtrinque in lateribus longioribus ftatuuntur: denæ autem in fronte, & tergo latitudinis: basibus æreis mucronatis, vt probabilius: scapis, vel æreis fusilibus, vt quibusdam placet, vel settinis, vt verisimilius, sed argento bracteatis; capitellis argenteis. Columna atrij altæ cubitos quinque, firmatæ funibus, & clauis æneis folo fixis, ad velum septi continendum contra ventos, & excludendos oculos circumfusi ad latera populi. Sed humiliore septo atrij, extabat, & videri poterat tabernaculi tectum, ac forte etiam interdum altare holocaustorum; maxime à fronte, vbi ad quinque lepti medias columnas lulpenfum velum viginti cubitos longum attollebatur interdum, vt populus introspiceret atrium, vbi ministrabant Sacerdotes nudis pedibus. Per hoc velum aditus patet in atrij leptum.

4 Tabernaculi area in medio atrij septo patens in longum ab ortu in occasum triginta cubitis, in latum decem à media

em

m-

ifi-

ab

nis

12-

er-

0-

ta-

œ-

d-

:0:

0-

ıli

m

15,

e-

e-

82

13

m

2-

n

15

446 Libri XIII. Argumentum,

à media atrij area in occasum porrecta, à tergo & per latera distans à septi columnatione viginti cubitis, & ab ortu quinquaginta: quod sparium sacrificiis liberum sub dio ad ministeria. Bases argentex tecti in valli vtroque latere quadraginta longiore, vt binis basibus singulæ tabulæ infererentur, vicenæ vtrinque : ad occasum in tergo bales lexdecim, tabulæ octo; quarum duæ, quæ latera ad angulos committunt, habent vnius tantum tabula latitudinem, altæ cubitis decem, iunctæ, nexæque omnes in vallum traiectis per annulos vectibus, cinctu, seu Zona quintuplici, totidem, scilicet, vectium ordinibus, quos probabilius fuisse externos omnes, & nullum latentem in mediis tabulis: probabile etiam supernè tabulas habuisse aliquam coronidem, qua regula instar omnes in fummo æquaret, & intus spectaretur sub intentis cortinis tecti.

5 Domus interior ad occasum, seu Sancta Sanctorum decem cubitis in quadrum patens: columnis quatuor ab exteriore dirempta domo velum intimum ferentibus, capitellis aureis, basibus argenteis, scapis settinis auro vestitis, & cælatis; ex quibus velum polymitum Cherubinis, & floribus varium pendebat ante Arcam.

6 Domus exterior, seu Sancta, longa viginti cubitos, lata decem s'quam dirimunt ab atrio Sacerdotum columnæ quinque, capitellis, & incrustatura aureis, basibus æreis: appenso ad capitella velo polymito, picturato, storido; per quod subirent Sacerdotes ex atrio in Sancta illaturi thymiama, propositionis panes, & ad lucernas

mane, & vespere concinnandas.

7 Vela tecto intenduntur quatuor, ex cortinis per ansas, fibulásque connexis composita. Primum, quod infimum, byssinum, variegatum, ex cortinis decem, longis cubitos viginti octo, latis quatuor, totum vallum tabularum operiens, & ad tria latera ambiens, ac pertinens prope ad tabularum bases. Supra quod secundum ductum velum è cilicinis sagis, seu centonibus: cuius cortina longa erant triginta cubitos: vndecim autem simul

connexæ tendebantur in quadragintaquatuor cubitos: ita cortinæ vndecimæ excessus tanquam lacinia partem anteriorem tecti protegebat: & excurrens in tergum, & latera cilicinum velum operiebat etiam bales columnarum. Vela duo alia huic centoni inducta, è pellibus arietum rubricatis tertium: ex ianthinis, aut hyacinthinis quartum. Certè, si quod fuit tabernaculo tectum præter illa duo priora vela hærentia tabularum vallo ad arcedos imbres, vt quidam putant, probabile est duo hac posteriora è pellibus vela tentorij ingentis inftar toti tabernaculo superintenta, & non cohærentia tabulis pependisse ad defendendos imbres. Neque id laboriofum valde fuit, cum tabernaculum cubitos tantum decem altum esfet. Et quamuis rari, non tamen nulli essent imbres quadraginta totis annis, ac postea in Silo, & alibi ante ædificatum templum.

8 Erecto tabernaculo, Arca foederis infertur in domum interiorem, & in meditullio collocatur: supérque eam Propitiatorium, seu Oraculum, ita vt secundum suam longitudinem Arca obuersetur velo, & extremi ad latera vtrinque vectes ingredientibus occurrant in ve-

lum directi.

er

ib

16

1e

2-

1-

e-

læ

es

0-

OS

m

a-

111

1-

m

ab

a-

1e-

)1-

05,

m-

us

0,

cta

125

er

od

n-

ta-

ens

U-

or-

nul

XX

9 Collocatur in exteriore domo, seu in Sanctis Altare thymiamatis prope velum oppansum Arcæ, in medio coram Arcâ, & Oraculo. Ad medium latus meridionale valli Candelabrum: è regione mensa panum propositionis ad Septentrionem: domus enim Dei, domus ora-

tionis est, & lucis, annonæque penus.

10 Importatur in atrium medium Altare æreum holocaustorum: cúmque gradibus ad illud ascendere nesas
esset, statuitur in vinbone aggeris è cespitibus substructis
accliui vindique in orbem, & camino hiante occulto sub
ipso altaris cauo alueo, & crate, ad deriuandos, & exportandos cineres. Circum altare pelues, & lebetes, Volcaniáque arma: & surcæ iugatæ ad sacrificiorum lanienam:
absurdè enim quidam suspendunt hostias ad columnationem septi, ad pelles cæsis & iugulatis detrahendas.

11 Labrum

448 Libri XIII. Argumentum,

basi ponitur in atrio inter altare holocaustorum, & velum domus exterioris cauatis subter scrobibus, vt verisimile lapidibus infossis, quos inter elaberentur atque haurirentur aquæ, ne circum basim stagnaret pauimenti lutulenta area.

vocato Kalendis prima luce populo ad tabernaculi dedicationem, & Pontificis, Sacerdotúmque confecrationem, Principibus intra atrium acceptis, vt publicis fideiussoribus, hortatur omnes ad dicandas Deo mentes, quæ templa illius sanctiora.

13 Perfusis omnium animis pietatis vnguento orditur dedicationem ab vnctione: totamque domum, per suas

partes, & vafa omnia perungit.

na è vetere tabernaculo, quod erat extra castra migrantibus in nouum, se se infert spectabili gloria, & stabilis prasentia clarissimo, certissimo que pignore: vndante

vndique è penetralibus copiosissimà luce.

15 Designatus à Deo Pontisex Aaron, & destinati sacerdotio eius silij, & Leuitæ cæteri in tabernaculi ministeria postulantur: vt deinceps in sola Aaronis samiliâ sit sacerdotium: & cæteri ex samilia Leui omnes pro Israëlitarum primogenitis à Deo vindicati, traduntur Aaroni, & siliis eius, vt illis ministrent in sacris.

quanta sit sacerdotij summi maiestas, quanta Ordinis dignitas: tum ritè lustratum aquâ obtento ad sontem velo subligaculo & tunica strictà byssinis induit; zonáque textili sloridà, tanquàm longo serpentis spolio præcingit: ita productum ad populum docet, quos illa tunica, & zona slagitent forméntque mores.

17 Tunica hyacinthina induitur coram populo, pendentibus in limbo inter mala granata textilia tintinnabulis aureis: cui, si præter oram textilem in sissura, quâ capiti iniecta collo hærebat, capitium suit, pileoli instar

fuit

& Synopsis. 42

fuit non turbinati, sed rotundi, medios in humeros reiecti, & vacantis ad solum ornatum.

Mayel

le

T1

1-

0

11

as

1-

is

te

a-

11-

an-

tis

ın

is,

m

1-

a,

1-

aiâ

ar

18 Superhumerale inducitur, seu thorax Sardonychatus vtrinque, super humeros grandibus gemmis duabus, sena singulis Patriarcharum nomina ordine natalium insculpta ferentibus, balteo ad thoracem addito;
non obscura significatione Pontificiæ maiestatis, in qua
elucet imago diuinæ portantis Orbem, & omnia, quæ
Verbo condidit.

nitatem Doctrinæ, & Veritatis: quas præferunt gemmæ duodecim, quatuor digestæ ordinibus, & inscriptæ duodecim Ducum nominibus. Thoraci in pectore inseritur, & appensum ab humeris duplicibus catenulis aureis duabus, & insernè fibulis connexum sagulo, cohibetur cum thorace baltei cinctu. Doctrina, & Veritas, in lege exponenda, & formandis populi moribus ab assistente S.Dei Spiritu certitudinem summam sidei, & morum sanctitatem, sine vllo prorsus erroris periculo promittunt Synagogæ, exhibent in summo Pontisice Ecclessæ. Et Deus hoc Oraculum Regibus, ac populis omnibus aperit, & audiri imperat.

20 VRIM, & THVMMIM in Rationali nihil aliud quàm in pectore, & ore Summi Pontificis Doctrinæ lux, Veritatis, fidei, fanctitatis & morum in spectabili regulâ, & Doctoris cathedrâ splendor. Labia enim Sacerdotis custodiunt scientiam, de legem requirent ex ore cius; quia Angelus Domini exercituum est. Malac. 2.7. Reges ac Principes, vt prima Dei curangemmis inscripti paterno Pontificis pectori

præcipuè traditi, & commendati.

Tiaræ pontificiæ maiestas capiti Aaronis imponitur, adoranda vel ipsis Angelis insculpto inessabili Dei nomine in lamina aurea, quam connectit vitta hyacinthina. Forma pileoli rotundi, hemicycli, & cohærentis vertici sine cucullo, aut recto turbine Persicæ tiaræ. Sed texta hyacintho vitta polymita per spiras in orbem dimidium consutas, in verticem vsque ducta super pileolum F f interiorem

450 Libri XIII. Argumentum,

interiorem byssinum voluebatur, ad tiaram, seu cidarim concinnandam in modum assurgentis per spirales orbiculos coronæ intextis calyculis, & sloribus, stellularum instar: ita corona cum cidari in summo vertice Pontiscis, tanquam in coeli axe vertex circulus finiebatur; hæc enim maxime forma facit ad illam significationem Orbistotius, & coeli repræsentati pontificiis vestibus.

22 Pontificis summi Maiestas imago diuinæ in terris toto Orbe indutæ, & Naturam rerum gestantis: quâ tanquam ex habitu, & veste cognoscitur. Aaronem, quæ eius

fint partes, docet vestimentum.

23 Aaronis filij loti à Mose vestiuntur tunicis & pileolis byssinis, zonisque cinguntur. Aaron cum filiis vngitur: vitulus pro peccato eorum immolatur; creman-

dus extra castra.

24 Aries in holocaustum mactatur, & in altari crematur. Aries alter in hostiam pacificam cæditur: cuius sanguine insima dextra auricula Pontificis, & Sacerdotum, & pollices manuum pedúmque dextri tinguntur. Eodem cum oleo vnguenti misto, ipsi, vestésque eorum asperguntur, & consecrantur. His ritibus continuatur initiatio septem diebus totis, quibus Aaroni, & siliis capitale sit extulisse ex atrij septo pedem.

25 Octaua demum die peracta inauguratione, iubetur Aaron cum filiis initium facrificandi facere: ratam cœlo illorum confecrationem, diuino mox testimonio

confirmandam spondet populo Moses.

26 Sacrificat Aaron, remoto ab altari vetere igni. Lignis in crate pura structis, cæsarum super hostiarum artus ponuntur. Pontisex ab altari ad tabernaculum con-

uersus orat pro se, & pro populo.

Moyse, statimque regressus ad populum benè precatur toti multitudini: auditas cœlo preces, & ratum pontificatus honorem præsentis Dei gloria immisso in hostias cælitus igne testatur; quo consumptis hostiis, maniseste litata sacra.

28 Nadabi,

28 Nadabi & Abij mors imminens occulta adhuc

Mosi ; quare.

May the

m

1-

m

fi-

æc

OIS

ris

ın-

lus

pi-

n-

an-

re-

ius

to-

ur.

um

tur

ca-

be-

am

110

gni.

um

on-

um

itur

nti-

tias

eftè

abi,

29 Peractis iam propè omnibus, cum dimitti cœpiffet concio, Moyses Aaroni, & filiis promulgat, vt probabile, legem de cœlesti Igne æternûm alendo, eóque solo
adhibendo ad sacrificia, & thymiama; eiúsque mysticam
significationem docet: communi igne reiecto, vt alieno
à sacris, & prohibito: quid enim committerent in sacris vitij Nadab, & Abiu, nisi vel nunc primum, vel ante
suissent hoc de ritu edocti?

30 Coruscante vehementiùs in altari cœlesti igne, vel perterriti vt rudes in primitiis illis suis, & adhuc nouitij, vel religione aliquâ perturbati, patre & patruo non
aduertentibus, ignem obuium communé ex coquinâ proximâ raptim tollût in suas acerras, & thymiamate iniecto
properant ad tabernaculu. In ipso aditu erupente è penetralibus slamâ mométo extincti, vestibus illæsis cocidunt,
ad omnium terrorem, & cæteroru ministroru exemplum.

31 Aaronem & filios superstites duos Eleazarem & Ithamarem lugere vetat Moyses, ne lacrymis, & luctu sacra non impunè polluant; nec nisi suo magno, & publico populi damno; tanquàm illam tam seriam, atque in principiis sanciendæ religioni necessariam animaduersionem suo planctu improbare videatur. Cadauera iuuenum esferri extra castra, sunusque curari per Misaelem & Elisaphanem propinquos iubet Moyses.

32 Sepeliuntur extra castra, vt probabile, in byssinis tunicis, in quibus erant de cœlo tacta ad exemplum corpora, & cœlesti salita igne, conditáque. Inscribitur tu-

mulus ad exempli memoriam.

33 Elisaphan excurrit breui epicedio in causam mortis tam improuisæ. Vnde noui Testamenti Sacerdotes, & ministri Altaris Christi informentur ad religionem, & reuerentiam.

34 Confecto Exodi cum Mose tractu, modica Musis quies indulgenda, vel ad instaurandas sides, vel reficiendos cothurnos, in viam longiorem.

Ff 2 LIBER